

Adam Riccius Konrad Mandelslo von

Disputatio Iuridica De Publicis Iudiciis : Iuxta Ordinem & Seriem Pandectarum iunctis Quaestionibus & Controversiis selectioribus

[Königsberg]: Reusnerus, 1646


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747410097>


Druck Freier  Zugang





V. K- 2 (46.)





DISPUTATIO JURIDICA
DE
PUBLICIS
JUDICIIS.

Juxta Ordinem & Seriem Pandectarum
junctis Quæstionibus & Controver-
sijs selectioribus.

QUAM

DIVINA FAVENTE GRATIA

*Consensu & permissu Nobiliss. & Ampliss. J.ctorum
Ordinis in florentissima Regiomontana*

SUB PRÆSIDIO

AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI
AC CONSULTISSIMI VIRI

DN. ADAMI RICCI, J. V. D.

Et Professoris Pandectarum Primarii, p. t. Facul-
tatis Juridicæ DECANI spectatissimi. Nec non Judicij
Aulici Serenis. Electoris Brandenb. &c. Advocati,
Præcept. ac fautor. colendi.

Publicæ Eruditorum censura subjecit

CONRADUS à MANDELSLO,

Brem. Saxo. Author.

Ad diem 10. Augusti, In Auditorio Majori

ACADEMIÆ BORUSSORUM REGIOMONTANÆ.

TPIS JOHANNIS REUSNERIANIS,

ANNO MDCCXLVI.

*Admodum Reverendis, Magnificis, Nobilissimis,
Consultissimis atq. Excellentissimis*
VIRIS

DN. JOHANNI JOACHIMO à Schönebeck
Archiepiscopatus Ecclesiæ Summæ Bremensis Ca-
nonico Seniori ac Scholastico. Nec non Eccle-
siarum SS. Wilhadi & Stephani,
Præposito.

DN. JUSTO BRÜNINGIO J. U. D.
Ejusdemq; Ecclesiæ Cathedralis Canonico,
Illustrissimiq; Principis Brunswicensis ac
Lunenburgensis Consiliario.

DN. HERMANNO UFFELMAN. J. U. D.
Reipubl. Verdensis Syndico.


Nec non

DN. ANDREÆ à MANDELSLO,
Reverendissimi Capituli Cathedralis Eccle-
siæ Bremensis Structurario, Secretario
ac Vicario.

Dominis meis Patronis, Promotoribus,
Affini ac Parenti suo æternum
colendis.

*Hanc disputationem, seu quaecunque hoc exercitium
academicum submissi animi & debita observan-
tiæ testem officiosa manu inscribit ac mittit*

CONRADVS à MANDELSLO,
Aut. & Resp.



BONO CUM DEO.

DISPUTATIO

De

PUBLICIS JUDICIIS.

THESIS I.

Materiam Publicorum Judiciorum omnium in foro versantium maxime scitu necessariam esse testatur *Clariss. Jul. Clarus lib. 5. sent. §. fin. in prafat.* Nulla enim tam frequens est, nulla huic utilitate comparari nedum anteponi potest, quoniam agitur hic non de tritico aut oleo legato, sed de hominum fortunis ac capite: Hanc itaq; nobilissimam materiam pertractaturi, operæ pretium erit ut à definitione exordiamur, ac **QUID SINT ET UNDE DICANTUR** explicemus.

II.

Sunt autem Publica Judicia *Atb. Mac. in l. 1. d. Pub. Jud.* quæ ex legibus publicorum judiciorum veniunt, vel de quibus lege publica cautum est. Dicta sunt autem publica quasi populi, non tantum quod cuius ex populo eorum executio, h. e. criminalis accusatio *l. 1. ff. de Acus & inscript.* plerumq; detur *§. 1. Inst. de Pub. Jud.* sed quia sancitum ut quæstio publica instituat de eo crimine *l. 1. ff. b. tit. Homan. ad pr. Inst. b. Treuth. 2. disp. 31. th. 1.* Sed cur hæc delicta & judicia præ cæteris omnibus publica facta & eorum persecutio

*Quid sint
Judicia
Publica.*

A 2

cutio

cutio & executio permissa fuit cuius ex populo? Rationem reddunt *Duaren. 1. disput. 37. Charond. 3. veris. ult.* quod nempe pro conservanda Reip. tranquillitate hoc constitutum sit, quæ magis per hæc ipsa crimina quàm per alia lædi videtur.

III.

Hæc à qualitate pœnæ sunt vel Capitalia vel non Capitalia *l. 2. ff. §. 2. Inst. de Publ. Jud.* Capitalia sunt, quæ homini delinquenti vitam aut libertatem adimunt, h. e. mortem vel naturalem vel civilem inferunt. *l. 28. 29. l. 6. 2. §. fin. ff. de pœnis. Bronh. cent. 2. ass. 71.* Non Capitalia quæ relegationis vel coërcitionem corporis vel infamiæ cum pecuniaria pœnam irrogant *l. 2. b. l. 6. de pœnis. l. 131. de V. S. l. 7. ff. b. l. 1. ff. de his qui not. infam.* quanquam enim capitalis causa in genere etiam causam famæ comprehendat *l. 103. de V. S.* in usu tamen Juris nostri illa capitalis causa esse dicitur in qua agitur de vita hominis, vel naturali vel civili, vel ubi jam dictum est.

IV.

I.
Crimen
Læsæ Ma-
jestatis.

Horum criminum 12. in Jure nostro ab Imperatore Justiniano recensentur, inter quæ primum locum tenet **CRIMEN LÆSÆ MAJESTATIS.** quia omnium maximum & perniciosissimum *Heig. ad §. 3. n. 1. Instit. b.* longedq; gravissimum est, teste *Harpr. §. 3. n. 2. Inst. b. t.* definitur quod vel in religionem divinam, & adversus imperatorem aut populum ejusq; securitatem commissum. Ex quibus definitionis verbis constat duplex esse hoc crimen læsæ majestatis, Divinæ & Humanæ.

V.

Crimen Divinæ Majestatis est crimen publicum adversus divinam religionem commissum *l. 4. §. 1. C. de Hæret & Man. l. 1. in pr. ff. ad L. Jul. Maj. c. vergentis X. de Hæret. & refe-*

referuntur huc omnia delicta in Deum, in altissimam Ma-
jestatem commissa: ut sunt blasphemia, hæresis, schisma,
apostasias, incantatio, sortilegium, aliaq; divinandi curiosi-
tas *l. 4. §. fin. l. 6. §. 1. ibi. Sacri Nestorij l. 8. in fin. pr. ibi. mente sacri-
lega, C. de Hæreticis. l. 1. pr. ff. ad L. Jul. Maj. Nov. 77. Vultej. in pr.
Inst. b. n. 8. & Jurp. Rom. c. 47. n. 1. Harpr. n. 1. b. t. Boc. clas. 4. disp. 10.
1b. 4. P. J. D. art. 106.*

VI.

Committit quoq; Crim. Læsæ Majest. Divinæ is qui
imaginem Christi Salvatoris nostri fædat & conspurcat *arg.
l. 7. §. fin. b. t. Lunic. C. nemini lic. sig. Salv.* quamvis etiam ar-
bitrio judicis puniendum sentiat *Menoch. arb. jud. quæst. c.
376.* Non verò committitur hoc crimen uti nonnulli vo-
lunt in virginem Mariam cæterosq; sanctos *Hun. in resolut.
Trent. vol. post. disp. 31. in pr.* nisi vergat in contemptum Dei;
sed hoc Theologis relinquo.

VII.

Pœna ordinaria hujus criminis est ultimum suppli-
cium *Nov. 77. c. 1. & ult. Const. Crim. Carol. V. art. 106. & Electo-
ral. Const. Sax. 1. part. 4.* quamvis & pro gravitate & frequen-
tia blasphemiarum arbitrio judicis extendi atq; minui pos-
sit secundum. *Ord. Polit. Anno 1548. tit. von Gottes Lâstern.
& Const. Imp. Anno 1495. A. 1512. A. 1530. vid. Menoch. lib. 2. cent.
4. cas. 375. n. 30. & seqq.*

VIII.

Absolutâ primâ criminis Læsæ Majestatis specie, se-
quitur altera, de Læsâ nempe Majestate Humana. quod
Jctus *in lult. ad L. Jul. Maj.* subdividit in crimen perduel-
lionis & læsæ majestatis inspecie sic dictum. Illud dicitur
si quis hostili animo sic affectus ut quid machinetur adver-
sus Principem aut Remp. Hoc crimen est, si quis ex alia
causa

causa in legem committat: si nempe quis ejusmodi facta perpetret quæ non directo quidem tendunt contra statum, sed per ea Majestatem sibi arrogare videtur, dum ea facit, quæ non nisi ad superiorem Reip. pertinent; ut habere privatos carceres, cudere monetam. *vid. Treutl. vol. 2. disp. 32. t. b. 1. lit. E. & ibidem laudatos Dd.*

IX.

Committitur verò hoc crimen variis modis, vel consilio vel verbis vel facto vel scientia & reticentia *l. 1. §. 1. l. 7. §. 34. l. 10. b. l. 5. 6. ult. Cod. b. s.* 1. Consilio fit si alicujus dolo malo consilium inutum est quo obsides injussis principis interciderent. *l. 1. pr. b.* Si cujus opera & consilio factum quo quis contra Remp. arma ferat vel faciat *l. 1. vers. quo quis contra. l. 4. pr. b.* 2. Verbis, si quis sciens falsum scripsit vel recitavit in contemptum principis *arg. l. 2. b.* 3. Facto si quis Imperatoris literas intercipit, detinet, aperit. *Rom. conf. 265. arg. l. 1. b.* vel si quis seditionis & rebellionis author est. *l. 1. §. 1. inf. b. t.* 4. deniq; Scientia & Reticentia, si quis criminis conscius ros non indicet *l. 5. §. 6. 7. C. b. t. Boc. tractat. de crim. maj. c. 2. n. 36. & seqq.* qui enim sciunt & non indicant idem delinquent *arg. l. 5. de R. J. Damb. c. 62. n. 11. Nov. 117. c. 8. l. 45. §. 8. de furt. c. 47. de sent. ex comm.*

X.

Ad accusationem hujus criminis admittitur etiam aliàs pro lubitu, famosus, servus, libertinus, mulier, filius, pater, alumnus, vasallus &c. Accusari quoq; possunt promiscuè etiam defuncti, qui aliàs accusationi non subjacent.

XI.

Pœna utriusq; hujus criminis reo infligenda est præter bonorum confiscationem animæ amissio *§. 3. Inst. b. t. l. 5. pr. C. b. t. l. ult. l. 6. b. t. l. 7. C. cod.* Præter hoc perduellionis criminis

minis rei memoria post mortem damnatur, ejusq; liberi
summa infamia notantur hereditate excluduntur imò stri-
cto jure & vita privantur *d.l.5. §.1. C. b. t.* an verò acerbissimæ
hujus pœnæ in innocentes liberos extensio jure Gentium
& naturæ, imò legi divinæ conveniat ego non dixerim: vi-
de quæ optimè & piè hac de re scripsit *Bach. ad Treutl. vol.2.*
disp. 32. th. 1. lit. R. pag. 1231.

XII.

Post Crimen Læsæ Majestatis sequitur Crimen secun-
dum quod à *Tiraq. & Farinac.* delictum gravissimum omni-
busque modis exosum & detestabile appellatur videlicet
ADULTERIUM. quod est crimen publicum concubitu il-
licito cum alterius conjuge dolo malo commissum *l. 30. in*
pr. C. ad L. Jul. de Adult. l. 101. de V. S. Ezech. c. 16. v. 33. I. à Beust. in
tractat. de matrim. Schneidw. ad §. 4. Inst. b. r. circa quod 4. no-
tanda imprimis occurrunt, videlicet 1. Commissio. 2. Ac-
cusatio. 3. Probatio. 4. Pœna.

2.
Crimè est
Adulteriū.

XIII.

Quod 1. Commissionem attinet, fit hæc vel à marito
vel uxore: ab uxore quando sc. rem habet cum soluto *l. 6.*
§. 1. b. l. 101. de V. S. sive cum conjugato: à marito commit-
titur tantummodo quando nuptam cognoscit, quod de ju-
re divino & civili est liquidissimum, ut solide probat *Dn.*
Bach. ad Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 2. lit. B. cui adde Jul. Clar. §. ad-
ulterium lib. 5. sent. num. 2. Wesenb. in ff. b. r. num. 8. hoc enim
modo liberos in alienam familiam propagat, quod non fit
cum soluta Jure Civili *l. 1. C. de adult. Vult. ad §. 4. Institut. de*
Pub. Jud. Secus tamen est de Jure Canonico *per cap. nemo*
bandiatur. 4. caus. 32. quest. 4. itemq; Jure Carolino *D. H.*
D. art. 121.

XIV. Hinc

Hinc non committitur adulterium strictè acceptum in sponsa alterius uti *Didac. Covar. sentit in Epit. in 4. lib. Decretal. sive de spons. p. 1. cap. 1. num. 8.* Adulterium enim 1. ab eo dicitur, quod sit quasi alieni thori violatio c. 2. *Lex illa vers. ad adulterium. 36. q. 1.* thorus autem in sponsa non violatur, nam non entis nullæ sunt qualitates. 2. Adulterium propriè in nuptam accipitur. in *leg. 6. §. 1. leg. 34. §. fin. b. tit. l. 101. pr. de V. S.* 3. *Ulpianus ita scribit:* Si quis uxorem suam accusare velit quod adulterium commiserit antequam sibi nuberet, jure viri accusationem instituere non potest *l. 13. §. 6. de adulter. l. 4. de fund. dot. l. 5. C. de bon. qua lib. vid. C. jac. 6. obs. 16.*

Olim cum crimen hoc adhuc publicum esset, cuius accusationem ejus instituere licuit, quod hodie à *Constantino* in *l. 9. C. h. t.* omninò mutatum, nec alij præter conjunctas personas admittuntur; *Diff. hic vulgaris Dd. schola teste Baldo, Azon. in rub. C. eod. n. 6. Damh. c. 89. n. 46. Wesemb. in n. bic n. 11. & alij. d. l.* ita explicantes, quasi *Constantinus* propinquioribus permittat accusationem jure mariti, eam autem neget extraneis, cæterum haut prohibeat, quo minus communi accusent jure, sed commentitium hoc esse & textui intotum contrariari, cuius eum inspicienti patebit, ut & hoc ad oculos demonstrat *Ricard. ad. d. l. quamvis 9. & post. eum Bach. ad Treuth. vol. 2. disp. 32. th. 2. lit. G.*

Solus ergo maritus præcipuum jus accusandæ uxoris habet *l. 3. §. 1. l. 4. l. 14. §. 2. l. 29. ff. h. t. l. 6. C. eod.* post maritum cessantem & nolentem agere admittitur mulieris pater, si adhuc in potestate ejus sit; aliàs ut extraneus eam accusabit *l. 14.*

leg. 14. paragraph. 2. hoc titul. ac deinceps reliqui cognati.

XVII.

Marito verò & patri spatio 60. dierum utilium speciali prælatione accusandi jus datur l.37. §.1. de min. l.11. §.6. l.14. §.2. l.29. §.5. l.30. §.1. h. t. l.6. C. eod. & quidem sine calumniæ periculo & inscriptione, quod ut de marito expressum in d. l. 37. de minor. d. l.6. §. 30. C. h. t. ita de patre statuendum verius est. Et currunt isti dies utiles à tempore divortij quoniam non nisi facto divortio marito accusare permittitur. l.29. §.5. l.30. §.1. h. t. l.11. C. eod. quod tamen hodie mutatum videtur. auth. sed novo jure C. eod. Nov. 117. cap. 8. juxta quam probato prius crimine repudium mittitur. Aliud adhuc tempus 6. nempe mensium utilium adulteræ accusandæ, non verò adultero præscriptum est. l.4. §.2. l.29. §.5. h. t. l.1. §.10. ad Turpil. & ita dividitur ut maritus & pater jus præcipuum habeant intra duos menses, reliqui quatuor à die divortij extraneis concedantur d. l.1. §.10. d. l.4. §.2. C. per extraneos post L. Constan. intelligimus cognatos ista lege expressos in quorum potestate adultera non est arg. l.14. §. 30. h. t. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 2. lit. K. ibiq. Bach. quinquennium continuum à tempore commissi delicti ad accusandum adulterum concedit l.11. §.4. h. t. l.5 C. eod. l.29. §.5. §. seq. ff. eod. Cæterum licet utiles sint illi menses, attamen ita computari debent, ne ultra quinquennium continuum à die commissi criminis numerandum extendantur.

XVIII.

Maritum de jure civili uxor adulterij accusare nequit per. l.1. C. h. t. Wesemb. π. hic n. 12. Cujac. π. C. eod. Duar. hic cap. 6. quod de jure canonico fallere putat Treutl. d. l. per. cap. 32. g. 1.

B

6.20.

*c.20.caus.32.q.5. quo cum convenit Jus Carolinum art. 20.
Boc.claf.4.disp.12.tb.12.Just.Mej.in Coll.suo Argent. hic tb.8.*

XIX.

Probatio hujus delicti quæ evidentissima & luce meridiana clarior desideratur *l.fin.C.de prob.l.23.pr. b.t. l.34. S3. de leg.1. l. ult. in fin. de contrab. stipul.* qualis est si testes depo-
nant legitimi, se masculum & foeminam in complexu vene-
reo & turpitudine *in egypto* deprehendisse *Colleg. Argent. b. tb.15. Boc.claf.4. disp.12. tb.23.* non autem necessario proba-
tur hæc criminalis causa si testes dicant: quod viderint nu-
dum cum nuda, solum cum sola, in eodem thoro cuban-
tem exutis vestibus, se occulte deosculantes & amplexan-
tes, vel viderint juvenem caligis solutis in camera quem
mulier janua clausa adesse negaret. Et quamvis urgentis-
sime sint suspiciones, nec verisimile sit quod cultum ali-
quem divinum peregerint, tamen ex his nihil certi probari
potest *H. Berens. in disp. ult. lib. 4. Inst. l. 23. in pr. ff. b. t. Wesemb. π. b.* Si tamen maritus ageret ad thori separationem per ac-
tus prædictos adulterium probari putat. *Mascard. de pro-
bat. concl. 59. Kirchn. comm. opin. centur. 1. concl. 5. vid. Mynsing. resp. 1. dec. 1*

XX.

Pœna hujus criminis quam ultionem pudoris rectè
nomino *per l. 28. in f. C. b. t.* apud varias & diversas gentes
ex diversorum LL. Latorum judicio varia fuit, ut passim
apud historicos videre licet, quorum non exiguum nume-
rum refert *Bach. ad Treut. v. 2. disput. 32. tb. 2. b. t. lit. D. pr.* Ho-
die duplex constituta est pœna adulterij: altera privata, al-
tera publica.

XXI. Pri-

XXI.

Privata, cum patri & marito jus occidendi adulterum cum filiâ adulterâ datur *l. 20. b. t. l. 4. C. eod.* quando nempe in ipsa turpitudine & actu venereo *l. 23. pr. eod.* in sua vel generi domo eos deprehendit *l. 22. §. 2. d. l. 23. §. 2. b. t.* & uno ferè ictu & impetu trucidat *d. l. 23. §. 4. b. t.*

XXII.

Maritus quoq; adulterum uxoris suæ impunè occidere potest, sed non quemlibet, ut pater, sed vilis conditionis neq; in domo foceri sed suâ *l. 24. pr. b. t.* Et quod duriusculum videtur, maritus suspectum, si in præsentia trium testium literis ei denunciaverit & post invenerit ipsum apud uxorem in suspectis locis, licitè è medio tollit *Nov. 117. cap. 15. Auth. si quis ei C. b. tit.* Hanc tamen pœnam maritus non æquè in uxorem quam in adulterum exercere debet. *l. 22. §. ult. b. t.* & si iusto dolore superatus eam peremerit levior aliqua pœna ei irrogatur.

XXIII.

Adultera quoq; dotem & ex alia sua substantia tantum, quantum 3. pars dotis esse cognoscitur, amittit & hoc mariti proprietati si filios non habeat attribuitur: sin habeat, ijs conservatur. Sic adulter præter acceptam dotem & donationem propter nuptias perdit, idq; mulieri non existentibus liberis in proprietatem conceditur: si adsint, usufructus quidem ad uxorem pertinet, proprietatem vero liberis conservatur *d. Nov. 117. cap. 8. vers. etsi quidem habeat uxorem. Nov. 134. c. 10.*

XXIV.

Publica pœna quæ nempe publico iudicio huius criminis reis irrogatur hodie tam ex Jure Divino *Lev. 20. v. 10.*

B 2

Deut.

Deut. 22. v. 22. Ezech. 18. Joban. 8. v. 4. quam Civili §. 4. *Instit. de Pub. Jud. l. 30. C. h. t.* Saxonico *Const. Elect. lib. 2. art. 13.* & Jure novissimo *C. C. Carol. V. artic. 118. & 120.* Capitalis seu gladij est; cui accedit bonorum amissio. Attamen pro diversitate casus & prout gradus & circumstantiæ sese habent, interdum leviori poenâ affici possunt delinquentes.

XXV.

*Adulterij
5 sunt spe-
cies*

*1.
Stuprum.*

Huic Crimini adhuc 5. adjiciuntur in jure nostro, quæ ter tribus addere placet; è quorum 1. proximeq; accidens est STUPRUM quod est illicitus coitus cum virgine vel viduâ honestam vitam agente *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. b. l. 101 ff. de V. S. l. 3. C. de concub.* estq; vel voluntarium vel violentum *Athusin Jusp. Rom. lib. 1. c. 58.* Voluntarium est si quis virginem vel viduam sine vi stupraverit §. 4. *Instit. de Pub. Jud.* Hujus delicti olim erat publicatio dimidiæ partis bonorum, aut coercitio corporis cum relegatione *d. §. 4. b. Wesemb. in 7. h. n. 21. Clar. §. 2. de pub. Jud.* nec fuit capitalis non obstante *l. 1. §. fin. de extra ord. crim. vide Bach. ad Treut. vol. 2. disp. 32. th. 4. lit. E. p. 1261.* hodie qui virginem stuprat eam ducere aut dotare tenetur *J. Clar. Wesemb. d. loco.* aliquando etiam arbitrio Judicis relinquitur. *Bach. d. l. Coll. Argent. h. t. th. 25.* an verò hæc arbitraria poena legi divinæ *Exod. 22. v. 16. & 17. Deut. 22. v. 28. & 29.* & Juri Canonico *c. 1. & 2. de adult.* conveniat in medio relinquo: stuprum verò quomodo probetur, *vid. Masc. vol. 3. prob. concl. 1338. Boc. clas. 4. disput. 12. th. 42. & seqq.*

XXVI

Involuntarium stuprum est violenta foemina compressio Germ. *Noht-Zucht* committiturq; vel in foeminam viri potentem vel in infantem. Illud accidit 3. modo.
1. Si

1. Si merà violentiā virgo vel vidua comprimatur. 2. Si metu minisq; adacta in voluntatem stupratoris consentiat.
3. Si magicis artibus circumventa ut stupratori non possit reniti. Hujus pœna est capitalis *P. H. D. art. 19. vers.*
So jemand einer vnderleumbden Ehefrawen / Wittwen oder Jungfrawen / mit Gewalt oder wider ihren Willen ihre Jungfrawen oder Fräwliche Ehre nehme / derselbe Vbelthäter hat das Leben verwircket / vnd sol auff Beklagung der Benöthigten / in Ausführung der Mißthat einem Räuber gleich mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet werden. *Wesemb. n. b. n. 21. Menob. cas. 291. in fin. & cas. 360. n. 33. & 288. n. 108.* quam tamen pœnam mitigari puto si conatus effectu caruerit ex alleg. modo. *Dd. P. H. D. artic. 119. verb.* Vnd sich die Jungfraw oder Fraw seiner wehrte oder von solcher Beschweruß sonsten errettet würde / derselbe Vbelthäter sol auff Beklagung der Benöthigten / in Ausführung der Mißhandlung nach Gelegenheit vnd Gestalt der Personen vnd vnterstandenen Mißthat gestraffet werden. *Farin. de delict. carn. q. 147. n. 74. Didac. Covar. Tom. 1. part. 2. de delict. & conat. n. 1. Job. Sicbard, ad. l. si fugitivi servi C. de fug. serv. Floret Diez. de Metu var. quest. l. 1. quest. 18. n. 3.*

XXVII.

Crimen 2. INCĒSTUS & INCESTUM est adulterium vel stuprum cum cognata vel affine, quæ in matrimonio haberi nequeunt. Ex hac definitione duas incestus facimus species: quæ 1. fit cum cognata. 2. quæ fit cum affine. Et hic rursum distinguendum: aut enim persona est nupta aut soluta: illic fit gravius delictum incestus & adulterium, ejus pœna jure ff. erat deportatio, hodie gladius *Boc. clas. 4. disp. 12. th. 62. ibiq; allegat:* hic committitur vel sub specie
matri-

2.
Incestus.

matrimonii & quidem palam vel per simplex stuprum, pri-
ori casu error pœnam mitigat *l. 38. §. 1. & seqq. b. t.* posteriori,
pœna ejus est exilium & cinguli privatio etiam corporis
Nov. 12. c. 1. Affinitatis quoq; sunt genera, & suos gradus ha-
bet cognatio, hinc in terminis affinitatis gravius peccat, qui
cum noverca sua rem habet: minus grave peccatum si in li-
nea collateralis vivente adhuc uxore cum ejus uxore congre-
diatur; longe levius si illa mortua sit, cum constet hic à
Pontificis dispensationem admitti, *Videatur Bajardus an-
not. ad J. Clar. §. Incestus n. 4. Farin. q. 149. n. 14. & 61. Berlich.
tom. 4. conc. 32. n. 13.*

XXVIII.

3.
*Lenocini-
um.*

3. LENOCINII ut propriè in jure nostro accipitur
& aliàs quæstuarium dicitur (gratuitum enim abusive leno-
cinium vocatur) *in Nov. 14.* istæ occurrunt species; si mari-
tus vel pater pretio accepto uxorem vel liberos aliorum li-
bidini exponant: si quis foeminas aliàs quascunq; prosti-
tuat: si quis promercede operam suam locet, ut honestas
puellas aut matronas ad stuprum sollicitet: & istis casibus
nulla mortis pœna irrogatur *per d. Nov. 14. ut vult. Treut.
vol. 2. disp. 32. th. 3. lit. G. Wesemb. in w ad L. Jul. de adult. n. 16.
Boc. clas. 4. disp. 12. th. 62. & alii ex jam citatis Dd. laudati.* Nec
ergo Lenocinium est capitale *ex Const. Carol. V. quæ art. 122.*
se refert ad jus civile & juxta illud hoc crimen vult puniri.
Bach. ad Treut. citat. loc.

XXIX.

4.
Sodomia.

4. SODOMIA, est crimen publicum quando libido
contra naturam exercetur, (germ. *Vnmenschliche vnnatürl-
liche fleischliche Vnzucht/ Sodomitische Verbrechen o-
der Vnkuschheit*) videlicet i. si mas cum mare 2. foemina
cum

eum foemina vel etiam 3. qui cum bruto detestabilem coitum faciunt. Poena tam agentis quam patientis Jure Divino est igni cremium *Lev. 18. v. 23. Rom. 1. v. 26.* Cui jus novissimum Carolinum *art. 116.* ibi *und man sol sie der Gewohnheit nach mit dem Jeur vom Leben zum Tode richten.* & Canonicum *c. adult. 32. q. 7. c. mulier. 15. q. 1. assentit. Clar. lib. 5. §. sodomia n. 4. Gail. lib. 1. de PP. obs. 44. n. 26.* Jure civili est gladius *Coll. Argent. h. t. th. 26. per §. 4. d. pub. jud. l. 3. c. h. t. Nov. 141. & Nov. 77. vid. Bach. ad Trent. vol. 2. disp. 32. th. 2. lit. A. Diss. Trent. d. l. putans poenam hujus criminis legibus minus esse expressam.*

XXX.

Deniq; 5. est RAPTUS, quando quis violenter virginem honestam vel viduam vel sanctimoniam de loco in locum libidinis explenda sive etiam matrimonii ducendi causa, sive cum consensu sive non, abducit *l. unic. C. de rapt. virg. l. 5. l. 54. C. d. Epif. & Cler. Nov. 143. l. 6. ff. de vi publ. P. H. D. art. 118. Boc. th. 65. b. Wesemb. w. h. n. 22. Clar. lib. 5. sent. §. raptus. n. 3.* Poena hujus criminis est capitalis *l. unic. §. 2. C. de rapt. virg. Inst. de Pub. Jud.* Nisi rapta fuerit meretrix *arg. l. 29. C. h. Const. Car. V. art. 118. Farin. de delic. carn. q. 145. §. meretrix n. 135. Mascard. de prob. conc. 1253. n. 13.* Vel si raptum non cognoverit. *Clar. §. d. n. 4. Trent. th. 3. b.* tum extraordinarie arbitrio judicis puniuntur, omnino videatur *Farin. in tract. suo crim. de delict. carn.*

5.
Raptus.

XXXI.

Sequitur jam crimen 3. de VI. vel PUBLICA vel PRIVATA latum à C. J. Cæs. *Vult. & Giphan. in pr. §. 8. de Pub. jud.* Et dicitur crimen publicum, quo contra jus securitas & tranquillitas publica armis seu alio quovis modo turbatur,

3.
Crimé est
Vis publi-
ca.

tur, §. 5. *Inst. de Pub. Jud. l. 1. 3. §. 5. 10. ff. de vi pub. l. 39. pr. ff. ad L. Jul. de adult. Boc. clas. 4. disp. 13. th. 4. Cujac. w. b. t.*

XXXII.

Et quantum conjecturis assequi possum tres ferè in jure nostro hujus delicti reperiuntur species 1. quam magistratus potestate suâ abutens contra, justitiæ vigorem infert subditis & quidem quâ magistratus *arg. l. 7. de vi pub. 2. Quam subditus infert magistratui arg. l. 10. eod. d. l. 7. in fin. eod.* ubi videtur Lege Juliâ de vi publica teneri, qui legatos comitesq; eorum injuriâ affecerit. 3. Quam privatus infert privato.

XXXIII.

Pœna hujus criminis est deportatio §. 8. *Inst. b. t. vel relegatio vel pro ratione delicti capitalis, quemadmodum incendiarii Brenner vñnd Mordbrenner igni cremuntur P. H. D. art. 125. In oppugnatoribus & effractoribus gladius decernitur eadem Constit. art. 128. Et seqq.*

XXXIV.

Pertinet etiam adhanc materiam saluberrima constitutio de Pace Publica (*vom Landfrieden*) & qui contra hanc peccare videntur. Et peccant graviter frangendo pacem qui Rom. Imp. vel statibus hostilitatem indicunt. (alias diffidare, quod est clarigare hostemq; declarare *Absagen* dicitur) bella parant, deficiunt ac rebellionem movent, qui etiam non ex justa causa bellum indicunt *Bald. in §. de pacis constant.* quæ omnis diffidatio sub gladii & banni poena prohibita est *Aur. Bul. t. 17. Const. 3. tr. Ord. Execut. 55. §. vñd darauff haben & c. §. desgleichen P. H. D. art. 129. Reces. Imp. Anno. 1594. R. A. zu Wormbs Anno 1495. p. 25. tit. Von Peen der Friedebrecher R. A. An. 1500. p. 46. Von Peen der übersfahrer*

20.)
Sahrer R. N. zu Augsb. An. 1538. p. 44. fac. 2. in fin. & d. ff. 1555, p. 138. Gail. lib. 2. de PP. c. 1. & seqq. Vel etiam est constituta poena pecuniaria 2000. marcarum auri puri partim fisco, partim offenso exsolvenda Myns. Cent. 2. obs. 30.

XXXV.

Sequitur VIS PRIVATA, quae sine armis violat & turbat securitatem privatam, l. 4. §. 6. ff. b. Wesemb. w. ff. b. Boc. clas. 4. disp. 13. tb. 37. Vid. Cujac. ad Paulum lib. 5. sent. tit. 26. quod fit si quis aliquem sine armis hominibus congregatis possessione dejicit. l. 3. §. fin. l. 5. ff. b. vel si quis sine iudicis autoritate & jussu res debitoris per vim occupat l. 7. ff. l. 13. ff. quod met. caus. Nov. 60. c. 1. Gail. 2. obs. 45. in fin.

Vis privata.

XXXVI.

Poena vis privatae olim erat relegatio & tertiae partis bonorum amissio l. 1. pr. l. ult. ff. ad L. Jul. de vi priv. Hodie vero constituitur poena arbitraria, Clas. 5. sent. §. fin. q. 83. n. 4. Menob. cas. 264. & 394. n. 1.

XXXVII.

Sequitur 4. crimen HOMICIDIUM, quod à Bald. in l. 7. §. 1. L. Aquil. per l. 11. Celsus eod. tit. teste Wesemb. w. ad L. Corn. de sic. n. 5. ita definitur; ut sit qualibet exanimatio violenter facta; qua anima à corpore separatur, vel brevius, est occisio hominis Bach. in not. ad Wesemb. w. d. l.

4.
Crimé est Homicidium.

XXXIIX.

Delictum hoc à plerisq; Dd. dividitur quod vel fiat cum voluntate vel extra voluntatem. Illud est dolosa hominis caedes Vult. lib. 1. jurispr. Rom. c. 48. n. 12.

C

XXXIX. Per

XXXIX.

Per vocabulum hominis intelligimus etiam interfectorem sui ipsius: qui ergo mala conscientia sibi ipsi mortem conscivit, homicida est *Wesemb. in w. b. n. 7. Damb. c. 88. P. S. D. art. 135.* nec sepultura dignus iudicatur, sed in furcam tollitur aut saltem sub ea sepelitur, quin & conrectari citra infamiae notam nequit. *Treut. vol. 2. disput. 32. tb. 6. lit. D. Diff. hic plur. Dd. qui aulo x. e. s. de iure civili sub certis conditionibus licitam esse defendunt. ut Goëhausen. quest. 23. part. 1. peric. 3. & ab eo citati, in utramq. partem differentem Vide Lips. in manuduc. ad philosophos. lib. 3. diff. 22. & 23. & in epist. 22. cent. 2.* Leges quibus id defendere conantur habentur in libris Digestorū ut 1. Ob dolorem corporis. *l. 43. §. 4. de Edil. Edict. l. 34. pr. de testam. milit.* 2. Ob pudorem æris alieni. *l. 6. §. 7. de re milit. l. 45. §. 2. de jur. fisci.* 3. Ob luctum. *l. 38. §. fin. de pæn.* 4. Ob furorē dementiam & insaniam *l. 2. C. qui test. fac. pos. l. a. C. de bon. eor. q. mort. sib. consc.* 5. Ob ultimam pauperatē *vid. Senec. epist. 17.* 6. Ob senectutē *l. 3. §. 4. d. bon. eor. Sen. epist. 58.*

XL.

Nec hic habetur ratio sexus, sive foemina sive mas, nam & foemina propriè homo est. *l. 192. de V. S. Diff. Cujac. 6. obs. 21. per l. 38. §. 5. de pæn.* qui foeminam Jcto hominem esse negat, quem refutat *Bach. in not. ad Wesemb. π. de stat. hom. n. 3.* & facetum appellat.

XLI.

Nec status sive liber sive servus fuerit, alienus vel proprius *l. 1. §. 2. h. t. l. 23. §. 9. ad L. Aquil. l. 3. C. eod. §. 2. l. qui sunt sui vel alien. jur.* ubi Dd. licet in servis alicubi id minimè observetur præsertim in Polonia, ut videre est apud *Valent. Freder. Rigenf.*

Rigenf. in *lib. de stat. poloni*. Theod. Zannacki Rogaza in memorabili Reg. Polon. sub lit. K.

XLII.

Nec atatis, etiamsi infans sit *l. penult. C. h. t.* nec minus foetum animatum, nempe membris exactis & dispositis omnes suas exercere operationes potest, die circiter 90. ut pleriq; volunt *Dd.* Abigens ordinaria tenetur poena, quamvis *Dd.* negent imprimis *Menoch. lib. 2. centur. 4. cas. 357.* sed contrarium verum esse affirmo, qui enim foetum jam animatum & formatum dolo malo abigit eum ordinariâ poenâ teneri constat. *ex l. 38. §. qui abort. l. 39. ff. de poen.* nondum verò viventem non teneri patet *ex l. 8. ff. ad L. Corn. de sic. l. 4. ff. de extr. ord. Crim. P. S. D. art. 131. 133. Cujac. obs. c. 9. l. 19. Wesemb. in 7. ff. de extr. ord. crim. §. ff. hic n. 7.*

XLIII.

Item qui infantes exponunt secuta praesertim morte expositi, tenentur hac lege. *Bart. in l. necare de lib. agnat. Wesemb. b. n. 14. Cost. Car. V. art. 132.* Triplex verò circumstantia hic occurrit, ob quam etiam mitigari hæc poena solet ut dictum 1. si mors non fuerit secuta. 2. si ex urgente causa paupertate extrema. & 3. si in locis publicis ubi vulgo iter fieri solet, maxime in civitatibus partus fuerit expositus *Bach. ad Treut. vol. 2. disp. 32. tb. 5. lit. H.*

XLIV.

Nec tantum is tenetur hac Legge *Corn.* qui directò aliquem occidit, sed is etiam qui causam mortis præbet: Hinc mandator cœdis pro homicida non minus quam mandatararius habetur *l. 15. §. 1. h. t.* si nempe homicidium fuerit secutum *Bach. ad Treut. d. loco. ibiq; alegati à Treutl.* Mandantem n. hominem vulnerari cum protestatione ne mandatararius

rius occidat, si tum occidat, ordinariâ poenâ hâc non teneri mandantem verius esse puto *arg. l. 14. ff. b. l. 53. in pr. ff. de furt. Fach. lib. 1. cent. 136.* Nam 1. qui verum occidendi animum habet & directo mortem jubet L. Corn. tenetur *l. 1. pr. §. 3. ib.* Sed qui mandat tantum vulnerari directo mortem non jubet. E. 2. in maleficiis voluntas non exitus spectatur *D. Hadrian. l. 14. h. t. l. 26. C. ad SC. Vellejan.*

XLV.

Sic quoq; medicus vel Chirurgus si non animo dolofo & ex imperitia aliquem vulneraverit vel mala medicamenta adhibuerit & fuerit mors subsequuta extraordinariè punitur *P. H. D. art. 134.* So ein Arzt aus Unfleiß/ oder Ungunst/ oder doch Unvorsätzlich/ jemand mit seiner Arznei tödtet/ er findet sich denn durch die Gelehrten und Verständigen der Arznei/ daß er die Arznei leichtfertiglich und bewegentlich mißbraucht/ oder sich ungegründeter unzulässiger Arznei/ die ihm nicht geziemet hat/ unterstanden/ und damit einem zum Tode Ursach geben/ der sol nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen/ und nach Racht der Verständigen/ gestraffet werden/ und in diesem fall allermeist Achtung gehalten werden/ auff leucht fertige Leute/ die sich Arznei unterstehen/ und den mit keinem Grund gelernet haben. Si verò doloso animo hoc factum nullum est dubium quin teneatur *l. 3. pr. ff. h. t. P. H. D. art. 134. §.* Hette aber ein Arzt solche Tödtung willig gethan/ etc.

XLVI.

Pœna hujus delicti in honestioribus ex L. Corn. de fcar. & post, consuetudine recepta est deportatio & ademptio omnium bonorum *l. 3. §. pen. ff. ad L. Corn. de Sic.* humiliores capite plectuntur & quidem gladio *§. item L. Cornel. I. de*

I. de Pub. Jud. & hæc pœna convenit quoq; cum Sanctione
Carolina *art. 137. & 148.*

XLVII.

Sequitur homicidium quod committitur citra vo-
luntatem & maligno occidendi animo destituitur. Idq; 3.
modis plerumq; solet contingere 1. Casu. 2. Mentis inopia.
3. Coacte.

XLVIII.

1. Casu. Si fiat præter facientis opinionem & si omnis
culpa abest veniam meretur, nec ordinaria pœna L. Corn.
de sic. tenetur. Sin verò culpa intervenèrit, pro ejus quali-
tate punietur. *Vid. Trent. disp. 32. th. 6. lit. A. ibiq; Bach.* Hinc
si aliquis volens Titium occidere, lapsus verò in persona
Sempronium occidat ordinaria pœna tenetur. *l. 11. §. delin-
quitur ff. de pœn. l. 45. §. qui cum aliter l. qui occiderit. §. pen.
ff. ad L. Aquil. l. 20. C. de furt. l. 5. §. 1. de serv. rupt. Const. Saxon.
part. 4. Const. 6. ibi wiewol bey eglischen Rechten &c.* Ratio
quod error qui est in proposito sed tantum in objecto ne-
queat excusari, cum homicidium in quacunq; persona sit
illicitum adeoq; non attendatur quem quis occidat, modo
animum occidendi habeat *Bart. l. 18. §. 3. de injur.*

XLIX.

Ad 2. Classem referimus 1. eos qui propter ætatem doli
sunt incapaces, & hos vid. qui jure nostro nondum sunt
proximi pubertati & ut quidam definiunt nondum exce-
ferunt 10. & dimidiū annum: quamvis & hic malitia pos-
sit supplere ætatem, ut tamen non facilè pœna capitalis ir-
rogetur, istam ex circumstantiis prudens iudex æstimabit
*vid. Gail. 2. obs. 110. n. 31. & 32. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 60. Wesemb.
d. l. n. 25. & seqq. & plures ab eisdem allegati.*

L. 2. Fu-

L.

2. Furiosum *l. 12. b. t. l. 40. de A. I. l. 3. §. 1. de injur.* quatale mputa quia & dolus abest & ipso furore satis puniri dicuntur furiosi, imò nec id quidem quod ante furorem deliquerunt, in furore luant. *Gail. lib. dict. n. 20.* Furori solet comparari iracundia, si nempe homicidium fiat durante adhuc ira & perturbatione 2. ut justa sit iræ causa cujus rei exempla adducit, *Trent. dic. disp. tb. 6. licet non in omnibus probandus, multosq. alleg. Dd. qui consuli possunt.*

L I.

Huc 3. referri potest & dormiens noctu ambulans, lunaticus *l. 1. §. 3. de acquir. poss. Bart. in l. 9. ad L. Pomp. de parri.* Si nimirum ignoret, se dormientem aberrare solitum. *Clar. d. q. 6. n. 13.* Ebruius *l. 6. §. 7. de re milit. l. 12. in fin. pr. de cust. & exhib.* & sanè in offuscato per vinum iudicio verus dolus & propositum esse non potest *Dd. comm. vid. Gail. lib. dict. n. 24.* qui inter ebrietatem & ebriositatem distinguit. *Dis. Trent. d. l. lit. E. & vol. 1. disp. 6. tb. 5. lit. a.*

L II.

Tertius modus homicidii maligno occidendi animo destituti, est Homicidium Necessarium seu Coactum quod non dolo sed coactè, ob defensionem vitæ suscipitur, à jure Naturali introductum, Gentium & Civili approbatum & confirmatum, quare in discrimine vitæ constitutus se defendat aggressoremq; è medio tollat nullam pœnam mereatur *l. 3. ff. d. 1. & l. 4. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi armat. l. 1. C. unde vi. l. 9. ff. ad L. C. de Sic. P. H. D. art. 139. & seqq.* Imo commissum in terminis inculpatæ tutelæ homicidium non tantum de jure fori sed etiam de jure poli excusari *Trent. vol. 1. disp. 1. tb. 4. Harpr. d. Pub. Jud.*

§. 4.

§. 4. n. 148. *Gail. lib. 2. obs. 110. n. 12.* Et Jure Divino permitti al-
ferit, *Farin. in pract. crim. p. 4. tit. de homicid. q. 125. n. 17. Gail.*
lib. 1. de P. P. n. 16. 17. Berlich. part. 4. concl. pract. 12. n. 8. Hum.
vol. 1. disp. 1. th. 4. q. 22.

LIII.

Hinc quæritur an insultatus primum ictum ex pectare
teneatur? N. melius enim esse censeo prævenire quam
præveniri, statq; intacta jura servare quam post vulneratam
causam remedium quærere *l. 2. 3. in fin. C. J. l. fin. Cod. quib.*
caus. restit. in integ. Harp. ad §. J. n. 114. qui enim ictum exci-
pit se objicit discrimini etsi ex eo vulneretur vel occidatur
jus defensionis & injuriam propulsandi sibi ipsi adimit **S.**
H. D. art. 140. Ist auch mit seiner Gegenwehr bis er ge-
schlagen wird zu warten nicht schuldig *Bart. in l. 3. ff. de I.*
§. 1. Obrecht. de neces. defen. c. 14. n. 57. Brouh. 2. misc. 51. Ber-
lich. part. 4. concl. pract. 13. n. 7. Besold. disp. 2. ad l. 3. ff. d. I. §. I.
th. 21. qui enim viderit arma in se stringi sibi prospicere in
tempore potest, *l. 5. pr. ibi ferre se petentem. ff. ad Z. Aquil. p.*
H. D. art. 141. So der Kläger.

LIV.

Sicitaq; statim interficere licet eum qui stricto gla-
dio vel bombardâ ad aliquem lædendū elevata manu pro-
peret *Jason. in l. 3. ff. d. I. §. I. Obrecht. d. tract. c. 11. n. 16.*
quod exemplo illustrat & approbat, *Bartolus in l. 52. §. 1. ff.*
ad L. Aquil. n. 1. veritas est. Sed an in periculo vel dubio vi-
ræ constitutus fugam potius arripere quam aggressorem oc-
cidere debeat? anceps est quæstio. Ego distinguo quod
regulariter præstet fugere quàm alterum occidere, si tamen
vel fugere vel in solis defensionis terminis persistere peri-
culosum fuerit & offendere & occidere liceat. *Schneidw.*
§. 1. Inst. de I. N. G. §. C. Bald. in l. 1. Cod. unde vi Harpr. §. 5.
n. 120.

n. 129. d. Pub. Jud. Inst. Meierus in colleg. Argent. lib. 4. ff. tit. 8. th. 7. P. N. D. art. 140. ibi hæc expressa verba habentur: So einer jemand mit einem tödelichen Waffnen oder Wehr überlaufft/ ansicht oder schlägt/ vnd der Benötigte/ kan fügen ohn Gefährlichkeit vnd Verlegung seines Leibes/ Ehr vnd guten Leumdes nicht entweichen/ der mag sein Leib vnd Leben ohn alle Straff durch eine rechte Segenwehr retten.

L V.

Nec armorum qualitatem requiri indefensione probo arg. l. 3. d. I. § I. l. 3. 2. Cod. ad L. C. de sec. Obrecht. deces. defen. c. 5. n. 4. Berlich. part. 4. concl. pract. 13. n. 55. Farin. d. l. part. 3. tit. de homicid. 14. q. 125. n. 360. Vischer de duct. impr. p. 567. cum seqq. Stultum enim esset cum quis firmioribus armis possit uti, iis sepositis in vitæ discrimen veniat.

L V I.

Sed num etiam oblationem famæ impune quis occidi potest? minimè gentium: quod enim mihi revera auferri nequit, ejus retinendi gratia hominem occidere est irrationabile & sanè nimis male ageretur cum hominibus & loco nimis lubrico eorum fama & honor positus esset, si ab alterius arbitrio penderet, ut verissime loquitur doctiss. Dn. Bachov. ad Trent. vol. 2. disp. 32. th. 6. lit. G. p. 1279. Dis. Dd. comm.

L V I I.

Hinc pro defensione honoris duellum suscipere eum provocante & provocantem citra pœnam L. Corn. occidere, vel potius aliquem provocare impium Divino, Civili & Canonico jure contrarium & damnatum esse judicio: perperam quoq; agunt hoc ipsum admittentes, si quidem priva-

privatam stabiliunt vindictam, & magistratui, ordinatio-
niq; divina auctoritatem suam detrahunt *Vasq. illust. cent. 1,*
c. 18. Sin verò Judicis vel conviatoris in judicio copia ha-
beri non possit poena erit mitiganda *Tiraq. de nobil. c. 10.* Nec
minus ob defensionem bonorum homicidium à L. Corn,
immune esse puto. *Accurs. l. 3. ff. l. b. § 1. Obrecht. c. 8. num. 3. de*
rec. def. Reink. de R. S. § Eccle. lib. 2. clas. 2. c. 11. n. 35. Andr. Clud.
lib. 1. rer. quotid. c. 6. n. 165.

LVIII.

Ex præcedentibus jam constat defensionem sui cuilibet esse licitam, defensoremq; propriæ salutis in nullo peccare *L. 3. C. b.* Sed non incommode huc quæritur an etiam alios, ut sanguine junctos quis defendere possit, ita ut si quem occidat non teneatur de delicto? *Aff. l. 1. §. 4. Vischer de bel. improv. p. 631. cum seqq. Tiraq. in præfat. l. si unquam. C. de revoc. donat. Gomez. 3. var. resol. 3. Bart. in l. 3. ff. de I. § 1. Besold. disp. 2. ad L. 3. ff. de I. § 1. Sibenthall polit. exerc. 4. q. 6. C. Carol. V. art. 150. §. 2.* Etiam defensio extraneorum licita nec tenetur poena L. C. de sicar. qui eam suscipit *Bald. d. l. 3. ff. de I. § 1. Gail. lib. 2. obs. 110. n. 19. Obrecht. d. c. 7. n. 54. Hun. vol. 4. disput. 1. th. 4. q. 24. Const. Car. V. art. 142. 150. Haub. Bom Ende. decis. crim. 5. 6. concl. 222.* Si modò vis quæ inferitur sit injusta nec aliter eripi & evadere alter possit. *Bach. ad Treutl. d. l. tit. 1.*

LIX.

Homicidij species est Venificium, cum quis in perniciem hominis, usum mali veneni habet, ut si necandi hominis causa ejusmodi venenum vel det, vel faciat, vel vendat, vel habeat *l. 1. §. 1. l. 3. pr. §. 1. § 2. ff. ad L. Corn. de sic.* Ut illi qui gravidis mulieribus poculum abortionis præparaverint ac dederint. *l. 38. §. 5. ff. de pœnis P. S. D. art. 133.* Qui
D
etiam

etiam viro vel mulieri malo medicamento adhibito vim
procreandi impediverint ac steriles reddiderint. *P. H. D.*
artic. 133.

L X.

Pœna veneficiorum alia est eorum qui magicis arti-
bus hominibus obfuerunt & illis supplicio ignis vita eripi-
tur. *Con. Crim. Carol. V. art. 109. Exod. 22. Deut. 12. l. 3. C. de ma-
lef. & mat.* alia eorum, qui sine illis artibus veneno hominis
vitæ aut corpori nocuerunt, qui gladio plectuntur si mares
sint, fœminæ autem suffocantur, aquâ vel pro ratione cir-
cumstantiarum aliter vitâ privantur. *arg. l. 1. & 3. h. C. Car. V.*
artic. 130. Sed de his plura & de veneficij probatione *vid.*
*Herm. Goehausen hoc in tractatu de magis Martinum Del-
vio disq. mag. tom. 1. lib. 2. c. 3. q. 4. conclus. & seqq.*

L X I.

5.
Crimē est
Paricidi-
um.

Homicidio porro accensetur PARRICIDIUM. quod
in ordine 5. est, & Imp. in Inst. §. 6. asperrimum vocat, (ni-
hil enim magis à natura abhorres, quam originis & condi-
tionis suæ oblivisci. beneficium in necem benefactoris sce-
leste obvertere *vid. Cic. pro Roscio*) & dicitur quasi parenti-
cidium: Estq; cædes parentum, liberorumvè vel fratrum
cæterorumq; agnatorum etiam eorum qui parentum loco
habentur. *Lumic. Cod. de emend. propinq. l. 1. 3. 4. ff. ad L. Pomp.*
de parricid.

L X I I.

Pœna hujus atrocissimi criminis olim ex L. Pompeja
erat, ut virgis sanguineis cæsus, culeo infueretur cum cane,
gallo gallinaceo, vipera & simia sicq; in mare abjiceretur
§. 6. l. h. l. 9. pr. h. Gotb. ad l. 9. h. Harpr. §. 6. n. 21. b. Et hæc pœna
in linea recta tantum locum habet, qui verò quempiam ex
proximis cognatis interemerit. *Just. jur. eadem pœna qua*
alter

alter homicidia nempe gladij tenetur §. 6. I. de Pub. Judic.
Nostris verò moribus parentum, liberorum, conjugum &
fratrum interfectoibus rota infringi membra solent *P. S.*
D. art. 131. Fœminæ in profluentem aquam abjiciuntur
ac submerguntur: mares interdum candente forcipe discer-
puntur, quod pro circumstantijs Judex prudens moderabi-
tur *Treutl. disp. 32. th. 7. lit. F.*

LXIII.

Sexto loco ponitur crimen FALSI, quod est actus
dolosus immutatæ veritatis in damnum alterius *l. 1. l. 23. l. 16*
§. 1. 2. ff. h. t. Nov. 73. §. 1. l. 15. §. 3. l. 20. ff. de Inj. Harpr. par. 2. disp. 30.
th. 1. Menob. lib. 2. cas. 307. Gail. lib. 2. obs. 102. n. 7 Et hoc vel est
in Homine vel in Rebus. Illud est 1. Partus suppositi *l. 19.*
§. 1. l. 30. §. 1. l. 1. 10. eod. l. t. de agn. lib. 2. Nominis dolosa in al-
terius fraudem & damnum assumptio *l. 73. pr. h. t. l. unie. C. d.*
mut. nom. dol. fact. l. 20. C. h. t. Wesemb. hic. x. n. 8. idem obti-
net in insignibus, privilegijs aut titulis altioris ordinis *Paul.*
5. sent. 25. §. 11. & 12. ubi Cujaci. & 3. Testimonij ut si 1. quis
sciens dixerit falsum. 2. Si quis dolo malo dissimulaverit
verum, hoc sine ut propter defectum testimonij innocens
condemnaretur, falsi enim tenetur, qui ob non dicendum
testimonium pecuniam accipit *l. 1. §. 2. h. t.* 3. Si pro testimo-
nio ferendo pecuniam acceperit etiamsi verum dixerit.

LXIV.

In Rebus est Monetæ, qui nummos adulterant; quod
3. modis fit, 1. Materia, 2. Pondere, 3. Forma. In materia
peccant illi qui bonam cum mala conjungunt, ut stannum
cum argento, cuprum cum auro &c. *l. 1. C. de fals. mon.* 2. In
pondere falsum deprehenditur quando moneta justî pon-
deris circumciditur aut justî ponderis non cuditur vel
flatur. *R. A. Anno 1566. §. 157. R. A. Anno 1570. §. 127. & seqq.*

D 2

R. A.

6.
Est Cri-
men Falsi

R. A. Anno 1594. §. 110. 3. In forma peccant illi, qui monetam cudunt licet bonam *l. ult. Cod. de fals. monet.* qui sc. non habent potestatem cudendi *arg. l. 1. C. de vet. num.* cum hoc ad Majestatem & Principem tanquam regale pertineat *l. 2. de fals. mon.* R. A. Anno 1524. §. 26. R. A. Anno 1551. §. 47. R. A. 1570. §. 134. *Arriß. 2. de jur. maj. c. 1. n. 9. & c. 7. n. 1.* Vulgò appellatur **Ripper** vnd **Wipper**. Hi flammarum exustionibus mancipantur *l. 2. C. od. de fals. mon.* itemq; qui domos suas ad hoc scienter locant. has amittunt *P. H. D. artic. 111. ibid.*
Welche falsche Münze machen/ zeichen/ oder dieselben auffwechseln / oder sonst zu sich bringen / vnd wiederumb gefährlich vnd böshafftiglich dem Nächsten zum Nachtheil wissentlich außgeben/die sollen nach Gewonheit / auch Sazung der Rechte mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestraffet werden. Die ihre Häuser dazu wissentlich leyhen/ dieselben sollen sie damit verwirret haben.

LXV.

2. Scripti. Si quis vel publicum vel privatum scriptum aboleat, radat, immutet, aut alio modo dolo quid faciat, quo minus veritas appareat *l. 1. 16. 23. 28. h. t.* item si quis hereditatem vel legatum sine voluntate testatoris sibi adscribat *l. 6. h. l. 3. & tot. tit. Cod. qui sib. adscrib.* & hoc etiam in testamento nuncupativo in scripturam jam redacto locum habet. *Diss. Bart. & Treut. d. l. & alii quibus satis facit. Bach. ad Treut. d. l. th. 8. lit. F.*

LXVI.

3. Mensuræ & aliarum rerum. Ut si venditor rei qualitatem emptorem celet. *Harpr. h. n. 5.* vel si mercatores characteres mutant & ita mercibus adulterinis emptoribus fraudem creent. R. A. Anno 1551. §. 87. Anno 1570. §.

157. Ord. Pol. 48. c. 16. 33. P. H. D. art. 113. Qui pondera & mensuras publicè probatas corrumpunt *Levit. 9. l. pen. §. 1. ff. b. l. 27. ff. de pœn. l. 221. d. V. S. l. 13. §. 8. ff. de loc. P. H. D. art. 113.*

LXVII.

Pœna arbitrio judicis pro qualitate delicti intenditur ad mortem usq; aut remittitur ad amputationem manus, *l. 22. ib. si id exigat. C. b. t. Borch. b. §. Nov. 17. c. 8. in pr. Gothof. Nov. 42. c. 1. §. 2. Nov. 134. c. 13. vel ad relegationem l. 13. §. 1. l. 21. ff. b. Wesemb. w. in fin. h. Menob. c. 401.*

LXIIII.

Septimum crimen est REPETUNDARUM. in hoc peccant illi qui in administratione officii publici constituti pecuniam acceptant ut contra officium agant, *l. 1. 3. 4. 6. §. fin. ff. l. 4. l. fin. C. b. t.*

17.
Est Crimen Repetundarum.

LXIX.

Pœna hujus criminis est vel Criminalis vel Pecuniaria. Criminalis est exilium vel deportatio in insulam pro ratione admissi delicti *l. 7. §. fin. h. Pecuniaria est pœna quadrupli l. 1. Cod. eod. l. 38. §. 10. ff. d. pœn. Harpr. ad §. 11. n. 17. Inst. b. t. Inst. Mei. in Coll. sun. Argent. lib. 48. tit. 11.*

LXX.

Octavum est ANNONA. hoc crimine tenentur ii qui annonam publicam defraudaverint vel vexaverint *l. 1. 2. 3. ff. b. Vult. b. n. 11. Harpr. n. 19. §. 3.* Continentur autem sub appellatione annonæ omnia ea quæ ad victum & sustentationem hominum pertinet; ut frumentum, vinum, carnes &c. *l. 1. 2. 8. Cod. de ergo. mitit. ann.*

8.
Est Crimen Annonæ.

LXXI. Hinc

LXXI.

Hinc quæritur an magistratus subditos cogere possit ut merces annonarias justo pretio vendant & perconsequens excedentes puniri possint? *A. arg. l. 1. §. 11. ff. de Off. pref. urb. l. 18. §. 7. ff. de muner. & bon. Schneidov. §. fin. n. 8. Inst. de empt. & vendit.*

LXXII.

Pœna hujus criminis est arbitraria, modo pro qualitate delicti est pecuniaria *l. 2. in fin. ff. ad L. Jul. modo est relegatio & in metallum damnatio, l. 6. ff. de Extraord. crim. l. 13. ff. de poen. l. 8. de pub. Jud.*

LXXIII.

9. Nonum PECULATUS est crimen publicum quo
Est Cri- furtum committitur pecuniæ publicæ vel sacræ *§. 9. h. t. Inst.*
mea pe- *l. 9. §. 2. h. t.* quod à pecunia pop. Rom. rectè ad alias civita-
culatus. tes municipalis extenditur *l. 4. inf. ad L. Jul. pec. cui contra-*
dicit. l. 18. de furt. in quibus conciliandis cum Baccovio d. l. t. b. 9.
lit. E. sentimus.

LXXIV.

Rem itaq; sacram è loco privato vel profano, seu prophanam rem è loco sacro auferens quæritur an sacrilegium committat. ? Prius A. si omnino sciat eam rem sacram esse. Posterius tantummodo furtum simplex appellatur ut patet *ex Const. Crim. Car. V. art. 17. Vult. lib. 1. Jurisp. Rom. c. 46. vid. d. l. lit. F.*

LXXV.

Pœna hujus delicti pro rei temporis & personarum qualitate extenditur *l. 4. §. 2. l. 6. in pr. h. t.* etiam ad mortem.
Const.

Const. Car. V. art. 102. l. fin. l. 3. b. l. 8. C. de pœn. l. 2. C. de bon. præsc. l. unic. b. t.

LXXVI.

Decimum est de RESIDUIS. ac committit hoc crimen qui pecuniam publicam in usum publicum datam retinet *l. 2. ff. de peculat. tenerur & is qui pecuniam publicam sibi concreditam in alios usus consumpserit, vel qui pecuniam ex publicis rationibus remansam non restituit. Bonif. in tract. de furt. §. 5. n. 72.*

10.
Est Crimé de Residuis.

LXXVII.

Pœna hujus Criminis est infamia & tertia pars amplior quam ex retentis debetur *Vult. ad §. b. Inst. n. 14. l. 9. §. fin. b. t. l. 4. §. l. fin. §. ult. eod. Myns. ad eund. §. Inst. n. 13.*

LXXVIII.

Undecimum est AMBITUS. quod crimen committunt ii qui illicito modo veluti datâ pecuniâ honorem dignitatem, magistratum vel sacerdotia ambiunt, *l. 1. b. Nov. 123. Act. Apost. c. 8. v. 18. Syra. c. 7. v. 4. 5. c. 8. caus. 1. quest. 3. l. unic. ff. b. l. unic. C. eod. Nov. 8. c. 1. & 7. Nov. 161.*

11.
Est Crimen Ambitus.

LXXXIX.

Pœna hujus criminis extraordinaria est de Jure Civili multa 100. aureorum cum infamia *l. unic. §. 1. ff. b. quæ pœna etiam pro modo ac qualitate arbitraria est, extenditurq; ad deportationem vel remittitur Wesemb. hic in fin. Menob. c. 401. Trent. vol. 2. disp. 32. tb. 9. lit. H.*

LXXX.

Duodecimum est PLAGIUM. liberi hominis vel servi alieni dolo malo suppressio, alienatio vel usurpatio,

12.
Crimé est
l. 1. plagium.

l. 1. 3. 4. 5. 6. §. 2. ff. ad L. Fal. de plag. l. fin. ff. d. lib. hom. exhib. Exod. 21. v. 16.

LXXXI.

Pœna hujus criminis olim erat pecuniaria *l. 12. ff. de manumis. vel metalli l. fin. ff. l. fin. Cod. b. Interdum Capitalis l. 7. l. fin. C. b. Jure etiam Divino & Canonico Dent. 24. v. 7. Exod. 21. v. 16. c. 1. extra de furt.*

LXXXII.

De Furt. Ex Constit. Crim: Carol: V. art. 159. & 163. rectè etiam FURTUM, ad judicium criminale recensetur: satis enim constare puto, fures jam suspendii pœna plecti; utrum vero hæc pœna capitalis politicis rationibus defendi possit paucis lubet exercitii g. perlustrare: Cum enim 1. oporteat esse justam proportionem inter delictum & pœnam nulla comparatio est pecuniæ sc. quinq; solidorum cum vita hominis: neq; ulla hic occurrit circumstantia quæ hoc delictum aggravet, vel enim hoc fieret. AB OBJECTO, si in Deum, Principem, patriam vel parentes delinquatur vel 2. à PROPOSITO & mediis adhibitis, ut intervenire cum Veneficiis, Latrociniiis &c. vel 3. à FORMA, veluti in detestando contra naturam scelere, quod vulgò Sodomiam vocant: vel 4. à FINE & EFFECTU ut homicidium, hæc quoq; referri potest adulterium. Et horum nihil in crimine furti occurrere videtur, quod ut plurimum occasione data ex paupertate in res viles committitur, ut proinde hæc pœna suspendii proportionem delicti omnino excedere videatur, deinde ex ipsa Lege Dei quæ furibus tantum pecuniariam pœnam indicit. *Exod. 22. Solidissimum hujusmodi argumentum.*

Quæ

Qua poena sancita est à sapientissimo Legislatore, qui
solus veram proportionem inter delictum & poenam
novit, ea justa & aqua est, & qua consequenter toto
genere ab hoc distat, eam injustam & iniquam esse
oportet.

Atq; Deus furibus pecuniariam tantum poenam Leg. sua
errogavit. Ergo

Illustratur hoc optime ab ingenti poenarum diversitate,
quam diversi diversarum gentium Legislatores diversissi-
mam statuerunt, ut multis deducit *Dn. Bachov. ad Treut.*
vol. 2. disp. 30. hb. 3. lit. G. p. 1091. & seqq. ut hinc appareat, de
qualitate & gravitate hujus delicti judicium fieri non posse.
Et ut maxime lex ista Mosaica non sit morales sed forensis,
intelligimus tamen judicium sententiam Dei de hoc cri-
mine, nec ratio solida dari potest, cur æque ista lex nos ma-
gis obliget, quam alios Judæos, & valde probabiles est opi-
nio *Joh. Piscat. in comm. in Exo. in explicat questionis de abro-
gatione legis Mosaic. Wilhelm. Zepperi de legib. Mosaic. for. lib. 1.*
c. 5. qui distingunt inter leges, quæ sunt & statuunt de re-
bus mutabilibus & Reip. Israeliticæ propriis, ut de servis
manumittendis anno septimo, debito remittendo in anno
Jubilæo, &c. & inter eas, quæ statuunt de rebus immutabi-
libus & communibus, quæ æqualiter se habent apud o-
mnes gentes, veluti sunt delicta moralia, ut furtum, homi-
cidium ita & eorum coëditiones & nimirum Leges quas
Deus per Moysen populo Israelitico de his rebus sanxit.
Christianos etiam obstringere & in Rebusp. eorum obser-
vandas esse solidè probat *Bach. ad Treut. d. l. p. 1097.* Nec
quicquam obstant ea quæ adducit *Wesemb. in m. de furt. n. 15.*
& reliqui acerbissimæ hujus poenæ patroni, non furum

E

fre-

frequentia, est enim fallacia causæ & falsa hypothesis, quod furta adeo sint frequentia ut capitali pœna coerceri debeant: & fuerit id remedium nimis violentum & cur eatione non quævis delicta & injurias vindicamus? Sed iniquiunt in coercendo delicto non tam res, quam qualitas delicti attendenda; sanè hoc est quod petitur, quod furtum ita fuerit qualificatum, ut mereatur suspendii pœnam: quod verò ajunt fures non minus peccare in societatem humanam quam adulter & homicida injuriosum in Legem Dei, qui hæc delicta maxima diversitate pœnæ disjuxit & ineptum est quod instant, & hoc delictum in Decalogo sub capitalia referri; num ergo Deum secum ipsum pugnat & delicto capitali pecuniariam pœnam indixit? nec omnia delicta in Decalogo vetita sunt capitalia, alias quævis concupiscentia erit crimen capitale.

Tantum pro ratione instituti!

Corollaria.

I.
An vacante sede Episcopali regalia & jura quibus aliàs Archi-Episcopi gaudent, sint penes Capitulum summum ac pro superiore recognoscendum, idemq; Capitulo competat electio alterius Episcopi? Quam nobilem questionem affirmare placet. Vid. Joh. Camman. in disput. inaug. de subjecto regalium. ch. 64.

2. An

2.
An Ecclesia vel successor Episcopi æs alienum à prædecessore contractum solvere teneatur? N. c. 1. de depos. Nov. 120. c. 6. in f. Menoch. de Arb. jud. quæst. lib. 2. cent. 5. cas. 432.

3.
Mutata nummorum bonitate extrinseca non tempus contractus sed solutionis inspiciendum Furi æquisimum esse duco. Gail. 2. obser. 73. num. 6. Ernest. Cothman. vol. 1. conf. 34. num. 101. 104. & vol. 4. resp. 49.

4.
Queritur. An is qui librum quendam sua industria conscripserit & collegerit ex aliis aut horibus libri istius dominus efficiatur? A. Jacob. Schult. lib. 2. pract. quæst. 68. num. 10.

NOBILISSIMO

DN. CONRADO de MANDELSLO.

NÆ sapis egregiè, dum tractas *ASPICE CHRISTO*
Non sine iudicio, PUBLICA JUDICIA.
Clari præelare sequeris vestigia Patris,
Hinc etiam dignus digna brabea feres.

*Honoris & Amoris testand. gr.
apposuit*

M. GEORGIUS LOTHVS

O Minis ecquid erit Musarum strenue cultor
Quod tua verba piè publica jura sonant?
Nil nisi quod patria decus & spes magna futurus
Sis, exoptatum presidiumq; tuis.
Quare ceu stadium cepisti currere, perge,
Emerito frondes neffet amica Themis.

Johan. von Essen/
Pom.

Judicii vis quanta tui sit, noscat ut alter,
Publicitus tradis publica Judicia
Judicat ast quisvis de te quam bellè, precatuS,
Ut fias PATRI Judicio similis.

Ita Nobilissimo Dn. Respondenti harum the-
sium Authori cum aliis gratulab.

vov.


Christianus Lothus,
Prussus.


Sis rosa IVstltlæ, patræ sis gLorla terræ;
Sis tVta arX popVLI, sis qVoqVe parMa Del.

Hoc votum gratulabundus adjicere voluit

LUDOVICUS Bolbrecht/
Hagâ-Schaumburgienf.







uerela Testamenti inofficiosi, sed si hæredes
minima etiam parte, cessante querela Testame
ciosi, ad supplendum id, quod legitimæ dees
possunt ex *L. omnimodo 30. pr. C. de Testam. inoffi*
dum tamen hic erit jus vetus a jure novo: jure v
tota legitima liberis esset relicta, querela inoffici
menti non cessabat, de minimo enim eo jure
Prætor; at jure novo, ut cesset hæc querela,
quantacunque etiam minima pars hæreditatis
relicta, sic enim, uti antea dixi, agere potest actio
toria ad supplementum legitimæ §. 3. *L. de inoffi*
ibique Vinn. *in Comment. n. 1. Et dres. commun. add*
Diff. 9. tb. 38. Ubi notari meretur statutum Lube
cautum; ut si quis proximis cognatis 8. solidos
rios reliquerit, quæ summa certe satis minima
at Testamentum; v. *jus Lubecens. lib. 1. tit. 9. art.*
Comment ad jus Lubecens. L. 2. tit. 1. art. 12. n. 7.

§. 10. Non tantum autem per querela
ciosi Testamenti evertitur Testamentum, sed
rerumpitur per agnationem posthumi, modo
(1) non monstruosus. *leg. 3. C. De post. hæred. in*
vividus; ubi tamen non requiritur, ut per longum
vixerit, sed sufficit si per minimum v. g. mome
tempus vixerit, adeo, ut si vel spiritum tantum
lico inter manus obstetricum decedat, ruptum
intelligatur Testamentum. Stryk. *ad §. 1. I. Qui*
stam. infirm. Philipp. us. pract. instit. L. 2. Ecl. 73. n. 9.

§. 11. Sed quia §. 9. mentionem feci leg
beris necessario relinquendæ, ulterius hic not
non sufficere legitimam liberis esse relictam, se
ut ea relinquatur libera & sine onere, quid enim
conditione casuali hæres scriptus fuerit? pro



mpitur
est am.
iamf.
St. stat.
cedat.

ius sub
illa com.
e. inst.
test.